

bat ac vehementi in aduersarios
ferebatur. Sicut enim ignis in diuer-
sas plerumque materias incidens au-
getur magis et incrementa sortit.
Sic et lingua pauli quibuscumque fu-
isset admota ad se eos continuo trans-
ferebat. impugnatoribus que ei per pa-
bulum spirituale hinc efficiebat quia
per ipsos euangelij magis flamma
crescebat. **H**ec cristolomus

De sancto hiliano historiam re-
quire in fine.

De septem fratribus

Sed eptem fratres fuerunt filii
beate felicitatis quorum no-
mina sunt Januarius felix
phillipus. siluanus. alexander. vita-
lis et marcialis. Hos omnes cum
matre iussu imperatoris anthoni
publius prefectus ad se vocari fecit.
Suasitque matri ut sui et filiorum suo
rum misereri deberet. Que ait. Neque
bladensis tuus potero alluci. nec ter-
roribus frangi. Secura enim sum de
spiritu sancto quem habeo propter te super-
rabo viua. et melius vincas occisa.
Et cœrsa ad filios ait. Videte si
liq' mei celum et sursum aspicite caris
sumi quod ibide vos Christus expectat. For-
titer pro Christo pugnate et fideles vos
in Christi amore exhibete. **O**d prefectus
audiens eam alapis cedi iussit. **C**um
ergo mater et filii in fide ostentissi-
mi permanerent oculis matris videteque
fortante diuersis sunt suppliciis iter
empti. **H**ac beatam felicitatem vocat
gregorius plusquam martirem. quod septem
passa est in septem filiis et octauo
in corpe proprio. **G**regorius in omelia
Beatam felicitas que credendo exti-

tit ancilla Christi. predicando etiam scia
est mater Christi. Septem quippe filios
sic post se viuos timuit relinquere
sicut carnales parentes solent metu-
ere ne mortuos premitantur. Partu-
riuit spiritu quod carne peperat ut
predicando pareret de quos carne
pepererat mundo filios suos quos
carnem suam esse nouerat sine dolore
non poterat morientes videre. **P**er
erat vis amoris interior que dolo-
re vinceret carnis. **R**ecte ergo haec
feminam ultra martire dixerim. que
tociens in filiis est et tamen desideran-
ter extincta. **D**um enim multiplex
martirium timuit. ipa quoque marti-
ris palma vicit. quod et amore Christi sola
sua mors ei minime suffecit. Passi
sunt at circa annos domini cxx. sub de-
cio imperatore.

De sancta theodora

Theodora nobilis mulier speciosa apud alexandriam
propter zenonis imperatoris virum
habebat diuitiae ac timentem deum. **A**diabolus
at theodoem inuidem sancti
tati. virum quendam diuitiae in illius
occupantiam incitauit. qui eam cre-
bris nunchis et munieribus molesta-
bat. ut assensum sibi preberet sed il-
la nuncios respuebat et munera co-
temnebat. **I**n tantum autem eam mo-
lestabat propter ipsam habere quietem non
poteret et pene deficeret videlicet.
Tandem quando magaz ad eam
misit quemque et viri illius misericordia
tum sibi quod consentiret plurimum hor-
tabatur. **Q**ue cum diceret se coram
oculis dei cuncta cernentis tamquam

de peccatum nunq̄ omittere male
fica adiunxit Quicquid in die fit h̄
deus utiqz scit et videt. Quicquid
autez vespascente et occidente sole
omittitur deus minime intuet. Di
xit qz puella malefice Nūquid veri
tatem dicis? Et illa. Etiam verita
tem dico. Decepta puella verb ma
lefice. dixit vt vespante die vīz ad
se venire faceret et volūtatem suaz
complcret Quod cū viro retulissz
vehementer exultās ille hora q̄ di
xerat ad eaz venit. secū qz ocubuit
et abscessit Theodora at ad seipaz
rediens amarissime flebat et faciez
suam peccabat dices Heu me heu
me perdididi. animā meā. destruxi a
spectum decoris mei Mir autē eius
rediens et vxorem suam sic desola
tam et merentē videns causaz tam
nesciens eam consolari nitebaſ sed
illa nullam solatiōez recipere vo
lebat Nane at facto quoddaz mo
nasterium monialiu adiit et abba
tissam interrogauit An deus qddā
genus peccati aut graue delictum
qd die quod vespasēte omiserat scire
posset? Cui illa Nihil deo abscōdi
potest et de scit et videt omne qd
fit quacunqz etiā illud hora cōmit
tatur Que flēs amare dixit Da mi
librū sancti euangelij vt sortiar me
metip̄am Et aperies repperit Qd
scripsi scripsi. Rediens ergo domū
dum quadam die vir suus abesset
comam suā precidit vestimenta vi
ri assumens ad quoddā monaste
rium monachorum quod p.18. mi
liaria distabat. festinavit et ibidem
cū monachis recipetur pet̄t et qd

pet̄t impetravit Interrogata de
nomine dixit se theodorum nuncu
pari. Illa ergo officia oia humilit
faciebat et cius seruicium omnib
gratum erat Post aliquot autē an
nos abbas fratre theodoz voca
uit vt boues iūgeret et oleum de
ciuitate afferret precepit Mir autē
eius plurimū flebat timens nec cū
viro altero recessisset Et ecce ange
l⁹ dñi sibi dicit. Surge mane et ita
in via martirii petri apli et que tibi
obuiauerit vox tua erit Quo fco
theodora cuz camelis venit et vīz
suum videns et recognoscens intra
se dixit Heu me bone vir quantuz
laboro vt eripiar a peccato quod
feci in te! Cum autē appropinq̄s
salutauit euz dicens Haudēat do
minus meus Ille autem eam peni
tus non cognouit Sed cum diutis
sime expectaret et se deceptum cla
maret est facta vox ad euz dicens
Ille qui te heri mane salutauit vox
tua erat Tante autem sanctitatis
fuit beata theodora vt m̄la mira
cula faceret Nam et hominē a be
stia laceratum eripuit. et suis p̄cib
suscitauit. Ipam qz bestiam insecur
ta maledixit q̄ subito mortua cor
ruit Diabolus at sanctitatē suam
non ferre valens eidez apparuit di
cens. Meretrix pre omnib⁹ et adul
tera reliquisti virum tuū vt huc ve
nires et me stemneres Per virtu
tes meas tremēdas suscitabo pre
liuz in te et si non te fecero crucifixū
negare nō dicas quia ego sum ipsa
sibi signum crucis edidit et pro
tinus demon euauit Quadam

at vice cum de ciuitate cum camel rediret et in quodam loco hospita ta fuisset puella quedam ad ea de nocte venit dicens Domini tecum Quod cuz respueret iuit ad altez qui in eodem hospicio iacebat Cu aut eius venter intumuisset et de q concepisset interrogata fuisset ait Monachus ille theodorus dormi uit tecum Natum igitur puerum ad abbatem monasterij transmiserunt Qui cum theodorum increpareret il le sibi indulgeri peteret scapulis suis puerum imposuit et de monasterio proiecit Illa autem electa extra monasterium per septem annos man sit et de lacte pecorum puerum nutritius Dyabolus aut tante ei parentie inuidens in specie viri sui se transfigurauit eiqz dixit Quid hic agis domna mea Ecce langueo pro te nec aliquam solationem recipio Veni ergo lux mea quia si cum vi ro alio iacuisti hoc tibi indulgeo At illa credens virum suum esse dixit ad eum Nunquam amplius tecum manebo qz filii iohannis militis dormiuit tecum et volo agere penitentiam de eo quod in te peccavi Et cuz orasset statim euanuit et demonem esse agnouit Altera vice diabolus voluit eam terrere Nam in similitudine ferarum terribilium ad eam demones venerunt et vir quodam instigans eas dicebat Comedite hanc meretricem Illa autem oravit et euanuerunt Altera vice multitudine militum veniebat qua princeps procedebat et eum ceteri adorabant

Dixerit qz milites Theodore Euge et adora principem nostrum Que respondit Dominum deum adoro Quod cum principi nunciatur fuisset inssit eam adduci et tot tormentis affici ut mortua putaretur Et post modum omnis turba euanuit Altera iterum vice vidit ibidez aurum multum que signans se refugit illud et deo se commendauit Altera iterum vice vidi quandam canistrum plenum omni genere ciborum fermentem et sibi dicentem Dicit princeps qui te cecidit Tolle comedere qz ne sciens fecit hoc Illa aut se signauit et protinus euanuit Compleatis at septem annis abbas pacientiam eius considerans eam consiliauit et cum pueru suo in monasterium introduxit Dix cum duos postmodum annos laudabiliter pegisset puerum accepit et se cum illo in cel la sua clausit Quod cum abbatu fuelatum fuisset misit quodam monachos qui diligentius ascoltareret quidnam cum eo loqueretur Illa autem puerum amplexans et deo sculans dixit illi Fili dulcissime tempus vite mee venit relinquo te do ipm patrem et adiutorem habeas Fili diligissime ieunias et orationibus insistas et fratribus meis duote seruias et hec dicens spiritus tradidit et in domino feliciter obdormiuit circa annum dominii cccc lxx Quod puer cernens plurimus cepit scire In ipsa autem nocte visione monstrata est abbatu in huc modum Nuptie maxime parabantur

et veniebant ordines angelorum. prophetarum martirum et omnium sanctorum. Et ecce in medio eorum mulier sola gloria circumdata et venit usque ad nuptias et omnes astantes adorabant eam. Et audita est vox dicens Hic est abbas theodorus. qui falso de pueri accusatus est et septem tempora super eam mutata sunt. Castigata est enim quia culpable virtus coinquinavit. Excitatus autem abbas concitus cum fratribus ad cellam eius iuit et ipsam iam defunctam inuenit. Et intrantes et discoperientes ipsam esse feminam inuenierunt. Misitque abbas pro patre puelle que eam infamauerat. et dixit illi Vir filie tue mortus est et auferens vestimentum. mulierem esse cognovit. Factus est autem timor magnus super omnes qui hoc audierunt. Angelus autem domini locutus est abbati dicens. Surge velociter equum concende et in ciuitatem vade. et si quis tibi obuiauerit assume et tecum adhuc. Qui dum pergeret quidam vir curreret sibi obuiavit. Quem cum abbas interrogaret quo curret ille ait. Nulla mea defuncta est. et vade videre eam. Et assumpit abbas virum theodorem in equum et venientes plurimum fleuerunt et ipsam cum multis laudibus sepelierunt. Vir autem eius cellaz theodorem ueroris sue accepit et ibidem permanens tandem in domino obdormiuit. Puer autem theodorem nutricem sequens omnium honestate pollebat ita.

mortuo abbate monasterij ipse in abbatem unanimiter est electus

De sanctis felice et naboro historiam quere in fine.

De nominis interpretatio mar garete virginis

Margaëta dicitur a quadam preciosa gemma que margarita vocatur. Que gemma est candida. parua et virtuosa. Sic beata margareta fuit candida per virginitatem parua per humilitatem virtuosa. per miraculorum operationem. Virtus autem huius lapidis dicitur esse contra sanguinis effusionem contra cordis passionem. et ad spiritus confortationem. Sic beata margareta habuit virtutem contra effusionem sanguinis per constantiam quia in suo martirio constans extitit. Contra cordis passionem id est. dominis temptationem. Per victoriam. quia ipsum diabolum superauit. Ut spiritus confortationem per doctrinam. quia per sui doctrinam multorum animos confortauit et ad fidem christi conuertit. Eius legendam heotinus vir eruditus scripsit.

De sancta margareta.

Margareta de ciuitate antiochie fuit filia theodosij gentilium patriarche. Nu